



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis || Slotani || Geffensis, Sacrae || Theologiae
Profes-||soris, De retinenda fide orthodo-||xa & catholica
aduersus hæ-||reses & sectas, & præci-||puè
Lutherana[m], Li-||bri nouem.||**

Slotan, Johann

Coloniae, 1560

VD16 S 6745

Capvt IX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29875

DE VERBI DEI VIRT. 271
CAPVT IX.

SAepe itaque expugnauerunt me à psal. 128
si uentute mea, sed non potuerunt
mihi. Supra dorsum meum fabricaue-
runt peccatores, prolongauerunt iniqui-
tatem suam. Sed nunquid impunè? Mi-
nimè. Nam sequitur: Dominus iustus
concidet ceruices peccatorum, qui cur-
rentes aduersus Deum erecto collo &
pingui ceruice armati ecclesiã eius per-
secuti sunt. Nam plerosque ex eis graui-
ter percussit in hac vita pariter & futu-
ra. Alios & si fortè hìc nõ puniuit, æter-
nis tamen incendijs damnauit in alia vi-
ta. Et vt è plurimis pauca exempla pro-
feramus in medium, sic omnipotens &
iustus Deus, concidit ceruicem impijs-
simi Antiochi, eò quòd ita superbè lo-
cutus est se venturum Hierosolymam,
& congeriẽ sepulchri Iudæorum, eam
facturum. Sed qui vniuersa conspicit
dñs deus Israel, percussit eum insanabi-
li & inuisibili plaga. Vt em̃ finiuit hũc
ipsum sermonẽ, apprehedit eum dolor
dirus viscerum, & amara internorum
tormenta. Et quidem satis iustè. Quip-
m s pe

Ecclesiæ
oppugna-
tores tem-
per puniti
uerunt.

2. Macha. 9

IOANN. SLOT. GEF.

pe qui multis & nouis cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetueuntem, de curru cadere & graui corporis collisione membra vexari. Isq; qui sibi videbatur, etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & montium altitudines in statera appendere, nunc humiliatus ad terram, in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso contestans, ita vt de corpore impij vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore, exercitus grauaretur. Et qui paulò ante sidera cæli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiã fœtoris portare. Igitur homicida & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregre in montibus, miserabili obitu uita functus est. Herodes rex, qui miserat manus, vt affligeret quosdam de Ecclesia,

Act. 12.

fia,

DE VI
fia, qui occisus
nis gladio,
tandem in
honorem I
mini, & cor
uit. Simil
rianus in A
ter fuerat p
pro insign
percussus f
expirans.
rijs eccles
hic annota
ose interm
lici progre
superabili
contenti.

PRoin
mo 9
men oculi
onẽ peccat
aptari, q̄ p
tandẽ cor
vel hic vel
tribution

fia, qui occidit Iacobum fratrem Ioan-
 nis gladio, & Petrum misit in carcerem,
 tandem in Cæsarea, cum non dedisset
 honorem Deo, percussit eū angelus do-
 mini, & consumptus à vermibus expira-
 uit. Simili modo Honoricus rex Ar-
 rianus in Aphrica, q̄ catholicos graui-
 ter fuerat persecut⁹, extinctus est. Nam
 pro insigni in sanctos impietate, à Deo
 percussus scætet vermibus miserabiliter
 expirans. Possemus plurima ex histo-
 rijs ecclesiasticis eiusmodi exempla
 hic annotare, sed breuitatis gratia studi-
 ose intermittimus, hæc de virtute & fe-
 lici progressu verbi Dei, & ecclesiæ in-
 superabili ac inuicta potentia scripsisse
 contenti.

CAPV T X.

PRoinde non ineptè, quod in psal-
 mo 90. de iusto dicitur: Verunta-
 men oculis tuis cōsiderabis, & retributi-
 onē peccatorū videbis, Ecclesiæ potest
 aptari, q̄ per tentationes varias probata,
 tandē coronatur, ipsis persecutionibus
 vel hic vel in futurum damnatis, & re-
 tributionem peccatorum, suorum re-
 cipien-